

## **Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Epistola XIV. Det tibi perpetuam ..... in secla salutem, Et decus imperij,  
David amate, Deus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

refecerunt. Et licet aliquid reprehensibile sequenti serie de meis cantitassen literulis, tamen omnia melliflua dulcedine hausi: dum hoc desiderabile, & multum mihi amabile in primo capite nomen apparuit, gratissimum mihi etiam fore fatebor, ut sic vel beatitudinis vestræ syllabas merear osculari; ut quod perpetua, & inuiolata nō potuit promereri dilectio, saltem reprehensionis materia subito extorqueret: sciens meliora esse vulnera diligentis, quā fraudulenta oscula odientis.

Nec mirum, si tarditas aselli sustineat in dorso flagellū. Ego, tardus, ego me imetipius immemor, vestrorum fortan dignè puerorum sustinui flagellum. Entellus senior effeto corpore dudum cæstus depositus suos, & ætate florentibus cedit illos indui. Ideo aliquis illorum seniorem & ingenti pugno percussit: ita ut caligo obuersaretur oculos senioris, & vix resumptis viribus frigidus circa præcordia recaluit sanguis. Et, ut ad rem veniam, ac ignorantiae momentis caput percussi medicari incipiam. Ego imperitus, ego ignarus, nesciens Ægyptiacam scholam in Palatio Davidicæ versari gloriæ.....

## EPISTOLA XIV.

*Det tibi perpetuam ..... in secla salutem,  
Et decus imperij, DAVID amate, Deus.*

**V**ENERANDÆ auctoritatis vestræ omni melle dulciores apices per aridos BELGICÆ latitudinis iter agenti campos occurrerunt mihi, in quibus dum vestræ beatitudinis prosperitatem legens intellexi, & fidem vestrorū amabilem perspecti salutē, totum me in gratiarum actiones Domino DEO IESU CHRISTO contulii

li; felicia Christiano populo tempora, in vestra felicitatis exaltatione & salute, certissimè sciens, pro qua semper Deum deprecari gaudeo, eandem semper audire desidero, & quasi optatum, à Deoq; destinatum munus, omnino gaudeo, vestram incolumitatem cupiens semper audire. Quis enim est, qui non gaudeat de sui capitum perfecta integritate, nisi forte furibundus, vel insanus? Et si iuxta Apostoli sententiam, Nemo carnem suam odio habet, sed eam fovet, & nutrit: quanto magis in capitum sanitatem, in quo est totius corporis perfectio & gloria, omnis membrorum cōpago congaudere debet?

Ephes. 5.

## EPISTOLA XV.

Sanctissimis in Christo fratribus, & beato Martino confessori Christi seruientibus.

## HVMILIS LEVITA ALCVINI

salutem.

**F**X quo vestram beatitudinem scire potui, semper amare volui: quia sanctitas vestra cordi meo amorem infundit vestri, optans unus esse ex vobis, ut si meritis esse nequuissem, charitate tamen fraternalē dilectionis coniunctus essem, quatenus in die magno resurrectionis omnium particeps essem eorum, quos tantus pastor suo Regi præsentabit. O felix familia, tali gaudens pastore, talem habens in die Domini ductorem. Felix, qui eius tota voluntate sequitur vestigia, ut illius inhærens præceptis, ipsius mereatur consociari gloriae. Ut hoc fieri valeat, nulla vos seculi concupiscentia; nullum carnale desiderium abstrahat: nec vestra salutis vosmetipso negligentes esse decet:

E 3

decet:

CC. 5  
S. J.  
om. m.  
S. V.  
24